

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula XV. De Varis Et Gutta Rosacea.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684

3. *Incisio* seu apertura moderata licet locum habeat, prius tamen non est instituenda, quam post tumorum varicosorum indurationem.
4. *Clysteres* ad mitigandos varicum dolores semi arthriticos commendantur.
5. Sic & temperantia & lenientia antispasmodica sub interna medicatione non negligenda sunt. Talia commendata sunt in arthriticis affectibus, nempe nitrosa, cinnabarina, emulsiva diluentia. *Calor* etiam externus multum ad hanc dolorum lenitionem contribuit. Contra *frigus* præsentaneam dolorum exasperationem inducit, uti & ipsæ repentinae mutationes tempestatum.
6. Caveatur, ne *fluentes* varices intempestive supprimantur.
7. *Sulphurata* uti tempestive adhibita sanguinem adhuc mobilem repellunt, ita nocent, quando nimis sero, nempe post obfuscationem infaccati sanguinis, applicantur.

TABULA XV.

DE

VARIS ET GUTTA ROSACEA.

I. DEFINITIO.

Vari sunt efflorescentiæ rubicundæ, faciem defœdantes, & a congectione sanguinis superficialia, hæmorrhagiam narium *eminus* respiciente, originem ducentes, Græc. *ῥοδοί*, Germ. die *Sinnen* im Gesichte.

II. DIFFERENTIA.

I. *Vari* æquivoca significatione apud latinos sumuntur:

- 1) Vel enim *arthritidem vagam* scorbuticam significant, belg. *de l'opende Varen*, & hunc morbum tabula medica de affectibus arthriticis tractavimus.
- 2) Vel tubercula exigua inflammatoria, præcipue in cute faciei oborta, designant; de quibus hoc loco agimus, & quæ nihil aliud sunt, quam exigui *furunculi*.

2. Hi-

2. Hi *vari* seu *ionthi* differunt gradu:

1) Alii enim nondum sunt indurati & obfirmati.

2) Alii in callum degenerarunt.

3. Cum variis quodam modo cognationem habet *gutta rosacea*, seu *roseolæ saltantes*, germ. *der Ruppfer-Handel*, ubi non solum pustulæ in facie se exhibent, sed etiam tota facies rubedine obducitur. Quando *gutta rosacea* rubedinem suam amittit, & vari eidem quasi insident, aut color subfuscus nigricans accedit, *morphea* dicitur affectus.

III. SIGNA.

1. *Pustula rubicundæ* plus minus duræ.2. Harum ordinaria sedes est in *facie*, quam defœdant, & hinc ab illis qui formositatem respiciunt, multo odio habentur. Rarius in pectore, veldorso etiam exoriuntur.3. Magnitudine *semen cannabinum* non superant.4. Aliquando ad *maturitatem* perveniunt & pure evacuato mox evanescent, aliquando sine prævia suppuratione *exsiccantur*.

5. Dolores adsunt generatim exigui, plures tamen, si in suppurationem vari abeant, quam si simpliciter exsiccantur.

6. *Gutta rosacea* pustulis non solum faciem occupat, sed etiam, uti sub *differentia* jam dictum est, rubedine illam universam conspurcat, & quando morbus inveterascit, insignem deformitatem inducit.

IV. CAUSSÆ

1. Communis pathologia horum affectuum per vulgus nota est. Sanguini enim exæstuanti & *hepatici calido* vulgo adscribuntur.2. Alii pro causa interna viscidam acrimoniam scorbuticam &c. circulationem humorum impredientem, accusant, sed satis *æque*.3. Alii ratione caussarum externarum a *manibus impuris*, faciem tangentibus, transpirationem impredientibus, & poros obstruentibus, illos deducunt. Immemores, quod *carbonarii* & alii sub squalido labore constituti, rarissime, ut plurimum autem fœminæ delicatulæ, quarum manus ab impuritate longe absunt, his affectibus corripiantur.

3. Tacemus potum spirituosum.

5. Dependent potius a *motibus sanguinis congestiis*, hæmorrhagiarum quidem respicientibus, exitum autem non invenientibus. Unde portiones quædam translati hujus sanguinis in superficie stasin & cor-

cor-

corruptionem subeunt. Sub tali constitutione interna potus spirituosus, & alia calida, sanguinem commoventia, cooperari possunt; Sed plerumque in otiosis subjectis, in quibus particula sulphurea per transpirationem non sufficienter excernuntur.

V. PROGNOSIS.

1. Hæc longe mitior, quam quæ *tabula de furunculo* tradita est.
2. Quando autem vari retropelluntur, affectus rheumatico - arthritico-spastici, imo dira plane symptomata inducuntur. Sic notum est exemplum viri sexagenarii, qui, loco purpuræ rubræ, ante familiaris, pustulas tales in facie largiter experiebatur. Cumque priores in maturationem jam abiissent, posteriores autem accessione aëris frigidi retrocessissent, *catarrhus suffocativus* succedebat, qui licet superaretur, sæpius tamen postea mussitabat.
3. Ceterum *contagiosi* observantur vari. Quando enim pustula corrupta momentum vicinæ sanæ parti affricatur, hanc quoque conspurcat.

VI. METHODUS MEDENDI ET REMEDIA.

1. Interne.

- 1) Præmittatur, & in progressionem curæ repetatur, blande aliquod *laxans*, præcipue rhabarbarinum.
- 2) Deinde intentioni naturæ satis fiat, & simul humores a capite deriventur per *venæsectionem* in pede, cui in adfuetis, vel spongiosis, *scarificatio* subordinetur. Et hæc evacuationes præservandi scopo tempore opportuno repetantur.
- 3) Postea ad motum congestorium temperandum exhibeantur nitrosa, acida, crystalli tartari cum momento spiritus vini imbutæ, absorbentia acidulata, cum sale quodam digestivo & pauca cinnabari remixta.
- 4) Ad spissitudinem sanguinis & stasin resolvendam jungantur diluentia, in spongiosis acidulæ. Item essentia alexipharmaca *Stahlii* cum essent. succini remixta: item tinctura santali rubri, quæ continuato usu multum profunt.

2. Externe.

- 1) Ante, quam vari ad suppurationem inclinent, præ reliquis discutientia *camphorata* usum præstant.

Q

2) In